Komorowski Roznowskiemu Obligat

Comparens pter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Gnosus Andreas Komorowsky sanus mente et corpore existens a Terrestribus Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus ... praesentis aut Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum hunc attinet sese cum successoribus ac bonis suis gralibus totaliter et plenarie incorporans et subijciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse vigore contractus certo inter se recognoscentem et Gnosum olim Christophorum Rosnowsky de Actu Premisliensi Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis proxima Anno proxime transacto videlicet Millesimo Sexcentesimo Vigesimo octavo bonorum infrascriptorum ipsi per se recognoscentem in summa Duorum Millium flor Polon ad tempus certum in eodem contractu latius expressum obligatorum confectum Actisque Terrestribus Premisliensibus roborato contractu eodem de verbo latius obligavit bona sua Sdrvia videlicet Laboriosos Mathey, Iwan Hrynkow, Hrypko, Szeputka z Synem, Hrynko z Synem, Sidor, Stecko z Jurczykiem, Dacko, Iwan Woyt in agris alias na czwierciach residentes tum et aedificium in area dicta Steckowska, atque ipsa area, tum et agros dictos na Reztazie et prata circa eosdem agros Reztazie dictos consistentes in villa Magna Poraniecz in Terra et Districtu praesenti Premisliensi sita Sdrvia. Cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate et propinquitate omnibusque et singulis bonorum praefatorum Utilitatibus fructibus proventibus, reddibus laboribus censibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis. Nihil ex praemissis Juris Dominij et proprietatis pro se et suis successoribus aut quopiam alio reservans excipiens verum prout eadem

bona se in suis metis et limitibus extendunt et sunt distinguita, et prout eundem recognoscentem concernebant. Jam extunc Gnosis Joanni et Gaspero Roznowskym praefati olim Gnosi Christophori Roznowsky in pugna Walachica vita functi fratribus germanis et successoribus ultimis et eorum posteris in Summa memorata Duorum Millium in praefato contractu contenta quae pro bona conseri debentur flor Polon. Sive pro Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis proxime ventura. In defectu pro tunc exemptionis eorundem bonorum summae praefatae persolutionis extunc ad aliud simile Festum Sanctae Agnetis proxime tunc post Annum ventur et sic consequenter de Anno ad Annum Annuatim continuo et immediate se sequentes usque ad exemptionem eorundem bonorum et summae praefatae integram persolutionem obligat, inscribit, ac modo obligatorio inscribit. Intromissionem quoque realem cum actuali et pacifica possessione in bona praefata praesentis obligata per ministerialem quemcunque et literas acceptas extunc obligatariis suis ac eorum posteris admittit per ipsos obligatarios suos ac eorum posteros bona eadem tenendi modo obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis gralibus omnibus inscribit et obligat eosdem Roznowskie ac eorum posteros in eisdem bonis obligatis et ratione eorundem ab omnibus impetitoribus Juribus et successoribus prioribus et posterioribus tum a Creditoribus quibusvis in eadem bona impetitis et impetitionibus lucris denique et pertinentiis ac processibus quibusvis productis et productis ... eximendere et eliberare ac etiam Intromissionem praesentis admissam in eisdem bonis non denegare nec possessionem eorundem impedire, aut adimere ac ipsos obligatarios ac eorum posteros in eisdem bonis non iniuriari

perse et suas quasvis submissas et subordinatas personas sub vadio simili et speciali vadio aliorum Duorum Millium flor polon per eundem nobilem Generosum Komorowsky vel eius posteros ob non completionem eiusdem tam in parte quam in toto totiens quotiens opus fuerit ad solvend succumbend. Caeterum idem memoratus nobilis Generosus Andreas Komorowsky se et suos successores in et super bonis suis quibuslibet inscribit et obligat Inscriptionem eandem obligatoriam authentice depromptam ex libro Actis Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia ante decursum domini anni transferre et transportare sub simili et speciali vadio Duorum Millium flor polon per eundem eundem nobilem Generosum Andream Komorowsky vel eius successores eisdem Generosis Joanni et Gaspari Roznowskym et ipsius posteris ob non transportam Inscriptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad solvend. succumbend. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso succubit ac re aliqua praemissorum non completa completisque praemissis Citatus extunc memoratus nobilis vel eius successores Ad Instantiam praefatorum obligatoriorum suorum Generorum Joannis et Gaspari Roznowskych aut eorum posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supraexpresso mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, iudere pro vadiisque praefatis ac re aliqua praemissorum non completa tum Citatus omnibus tam in parte quam in toto totiens opus fuerit [illegible] facere debebit et tenebitur seque ac suos successores obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causa terminos semper peremptorios vera infirmitate, [illegible] minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac Munimenta ad Quietationem vel aliis quibusvis legalibus impedimentis

et Dillationibus

et Dillationibus non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasque mones appellationes ac eorum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia palam simpliciter vel binatis Quaestionibus. Suspensionibus fatodys Jurii publicatione Terrae bello Conventionisque et aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Komorowski et Rosnowski Roborant

Comparentes personaliter coram Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Andreas Komorowsky ab una, et Joannes Roznowsky qui suo et Generosi Gaspari Roznowsky fratris sui germani [illegible] rato habitione cavet et separatim suo omnia bona sua ac summe praesentis inscribit et obligat nomine [illegible] sua et [illegible] et Terrestribus Juribus. Jurisdictionisque huius [illegible] propriis et competentis Renuntiato Praesenti aut Jurisdictioni Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum hunc attinet se successoribus ac bonis suis quibuslibet totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit Quia ipsi se et suos successores in et super bonis suis quibuslibet ac summis praesenti habit et habendis inscribunt et obligant mutuo et vicissim una pars alteri ac posteris inscribunt et obligant praesentem Interscriptam certam inter se factas Rationes quarumvis rerum et condonum in eadem Interscripta [illegible] de Actis et Data Premisliae die [illegible] anno praesenti confectam manibus propriis eorundem nobilium subscriptam et sigillis obsignatam in omnibus et singulis eiusdem Interscript